lius laudem ſcribitur: Ecce edificabatur ambulans in ti-
more domini ⁊ conſolatione ſpiritusſancti replebatur. Si
milit ⁊ in hoc laudatus eſt Cornelius: vt eodē volumīe
ſcribitur: Uir autē quidā erat in Ceſaria nomine Corne- Cornelius.
lius Centurio coortis que dicitur italice: religioſus ⁊ ti-
mens dn̄m cuȝ omni familia ſua. Et ſic ꝑ oppoſitū defect⁹
timoris domini: cauſa eſt caſus ⁊ peccati. Scriptū eſt em̄
in Geneſi. Dixit Abraam ad Abimalech: Cogitaui me- Abraam.
cum dicens: forſitan non eſt timor dei in loco iſto: ⁊ inter-
cient me. Cum omni ergo dei timore hanc tantā rem mar
tyrij nobiſcū tractemus: dicamuſq; ad Jeſum domnium
noſtrum: Cofitebor tibi in timore tuo domie: dirigam⁹ -
q; concitatiōes animi noſtri ad rectū: vt ſint iūcto currui
ſimiles: in quo recte moderando impleuit ſuum rector of
ficium: nec qualibet concite ierit offendet. Si autē aber-
rauerit licet placide ac leuiter: per fragoſa veſſabitur: et
vel in precipitia labetur: vel certe quo non eſt op⁹ defe-
retur. Omneȝ ergo animi arrogantiā eradicem⁹ a nobis.
Auxilium a Jeſu chriſto ſolo expetamus: cui⁹ fidei teſti-
monium depoſituri ſumus. Quoniā tu dn̄e de⁹ virtus es
ſalutis mee: ſperabam aliquando in virtute mea: que ta-
men non erat virtus: ⁊ cū ſic volui currere: vbi magis ſta-
re credebam ibi magis cecidi: factuſq; ſum magis retro et
non ante: ⁊ quod credebā conſequi: longius elongauit a
me. Non ergo glorietur ante te ſtulta preſumptio omnis
carnis: ſed miſeri mei. Adiuua me: dirige greſſos meos:
vt nomen tuum in medio infidelium confiteri poſſim: da
fortitudinem animi: vt que illi timent: excelſa ⁊ inſupera
bili mente dolorem morteniq; calcare poſſim.

De Gradibus martyrij. Ca. ix.

G Radus martyrij ex diuerſis martyrum diſ-
poſitiōib⁹ egregijſq; illorū geſtis cōnumera
re poſſum⁹. Ut p̄mū martyrij gradū illoruȝ

dicam⁹:qui infantes penitus ⁊ nihil noſcentes:mortez ꝑ
chriſti nomine patiuntur. Ut innocentes illi pueri ꝑ no-
mine Jeſu rege iudeorū mortē paſſi ſunt:⁊ pueri alij plu
res a martyribus ſecū ad martyriū deportati. Fatui ſimi
liter ſi pro chriſti nomine occiderent (quia vt ſupra expli
cauimus vnum cum chriſto faciunt: in illiſqꝫ chriſtuſ oc-
ciſus eſſet) huius martyrij gradu martyres dici poſſunt.
Uidetur ⁊ ſcd̄us martyrij gradus eoruz:qui mortem ⁊ ſi
poſſent ſine chriſti offenſione vitarent:potius tamen eli-
gunt mori:q̄ȝ ſanctiſſimū illius nomen abnegare. Quib⁹
certe chriſtus in euangelio dixit: Si vos ꝑſecunt̄ in vna
ciuitate fugite in aliam. Uerum quia aliquādo compre-
henſi fugere non poſſunt: mortē poti⁹ eligunt q̄ȝ chriſtuz
negare velint. Contigit eñi quotidie diuerſiſſimis caſib⁹
chriſtianos ab infidelibus cogi:aut chriſtū negandū:aut
ex hac vita migrandum:ſic ꝙ horū duorū alterū cogātur
eligere:⁊ plures certe eligunt deo dilecto mori: q̄ȝ nega-
to viuere. Et hi huius ſeculi grad⁹ martyres dici poſſūt.
Qd̄ genuſ martyrij debiliū proprie dicitur. Et vt ait Au
guſtinus:non ſoluz mortē prius eligere q̄ȝ chriſtum nega-
re debemus:ſed etiā q̄ȝ contra dei precepta quicq̄ȝ perpe-
Suſanna. Eleazarus. tremus. Sic ⁊ Suſanna viriliter fecit. Sic ⁊ Eleazar⁹ ille
de quo in machabeorū libro ij. ſcriptū habetur:ꝙ mortez
potius elegerit q̄ȝ contra legē carnes porcinas manduca-
re Et dixit ad dn̄m: Dn̄e qui habes ſanctā ſcientiā mani-
feſte tu ſcis:q꜡ cū a morte poſſem libarari: duros corpis
ſuſtineo dolores:ſm animam vero ꝓpter timorē tuum li-
Lactātius. benter hec patior. Quare pulchre ait Lactātius: His ca
uendū eſt vt iubentibus nos facere contra legē dei:ꝯtra-
qꝫ iuſticiā:nullis minis terreamur:nullis ſupplicijs:q̄ mi-
nus dei iuſſionē iuſſioni hominis p̄feramus. Sed vnā fa-
cio queſtionē de eo quod tporib⁹ noſtris cōtigit. Capt⁹
Petrus arolādus fuit a ſaracenis pyrata quidā ſtrenuus Petrus arolād⁹
ianuenſis:qui ob ſcelera mortē merebat crudelē:data il-
li fuit optio:ꝙ vel xp̄m negaret:⁊ diuitias ⁊ honores ſu-

ſciperet: qualia ⁊ alter maioꝛ in palatio ſoldani haberet: Soldanus.
vel moꝛtē turpiſſimā ſubiret: vt ſcilicet medius ipſe ſeca-
retur. Et ille ſic ſecari magis ꝙ̄ xp̄m dn̄m deumq; ſuū ne-
gare elegit. Et quod plus eſt cū cretēſem quendā ſibi cō
pyratā ⁊ concaptiuū vite dulcedine allectū videret: mi-
rabilibus exhoꝛtationibꝰ ad moꝛtē pꝛo chꝛiſti nomine ſu
ſtinendā animauit: ſuaq; deinde eloquētia a carnificibuſ
impetrare curauit: vt prius illū ꝙ̄ ſe occiderēt. Querimꝰ
ergo an hic ſeu quiſquis alter: qui ob enoꝛmia ſcelera ca
ptus: ⁊ vt narrauimus moꝛtuus fuerit: chꝛiſti martyr dici
debeat? Quem ſine dubio doctoꝛū ſanctoꝛū auctoꝛitate
martyrem eſſe dicimus: ⁊ confeſſionē illam omnēq; huic
ſimilē tante efficatie aſſerunt: ꝙ oēs alias ſupauerit cau-
ſas. Ad qđ nos mire pl̄chꝛoq; exēplo animauit Lactan- Lactãtius.
tius inſtitutionū ſuarū libꝛo. iiij. ex pulchꝛa diſputatio-
ne concludēs: Itaq; inquit cū ſemel ꝓpoſita ſint homini
bona ⁊ mala: cōſiderare vnū quēq; ſecū decet: ꝙ̄to ſatiꝰ
ſit perpetuis bonis mala bꝛeuia penſare: ꝙ̄ ꝓ bꝛeuibus ⁊
caducis bonis mala perpetua ſuſtinere. Naz ſicut in hoc
ſeculo cū eſt ꝓpoſitū cū hoſte certamē: pꝛius laboꝛādum
eſt vt ſis poſtmodū in ocio: eſuriēdū: ſitiendū: eſtus: fri-
goꝛa ꝑferenda: humi quieſcendū: vigilandū: periclitādū
eſt: vt ſaluis pignoꝛibꝰ: ⁊ domo: ⁊ re familiari: ⁊ omnibus
pacis ac victoꝛie bonis ꝑfrui poſſis: ſinaūt pꝛeſens oci-
um malueris ꝙ̄ laboꝛē: maluz tibi maximū facias neceſſe
eſt: pꝛeocupabit eñ aduerſarius nō reſiſtētē: vaſtabūtur
agri: diripient domus: in pꝛedā vxoꝛ ac liberi venient: ipe
interficiere aut capiere. Que omnia ne accidāt pꝛeſēs cō
modū differendū eſt: vt maius longiuſq; pariatur: omit-
tenda eſt pꝛeſens voluptas: ne hoſtis oppꝛimat. Uigilan-
dū. Stationes agende militares. Expeditiones obeūde:
fundēdus ad vltimū cruoꝛ: omnia deniq; arma ⁊ graui-
oꝛa patient: ferēde eq̄dē pꝛomptiꝰ: ꝙ nobis imꝑatoꝛ no-
ſter deꝰ p̄mia laboribꝰ etna ꝯſtituit. Quid iocūdiꝰ vbis
iſtis dici poteſt? Quid pꝛopꝛiꝰ? Quid foꝛtiꝰ ad homīes

huius mundi illecebras vincẽdas? Lac certe ⁊ mel ex illi
us ore profluxit. Et vt de Neſtore dixit Homer⁹ Του καί
απο γλωσσῆσ μέλιτοσ γλυκίωμ ῥέον αυδῆ Tertius
martyrij gradus eſt iam fortium ⁊ perfectorũ: vt cũ quis
mortem ſine peccato aufugere poſſet: nec illam fugit: ſed
Jacobus. magis expectat: vt horũ princeps Jacobus fuit apoſtol⁹
Herodes. qui cũ herodis perſecutionẽ aufugere potuiſſet diſcede
re noluit: ſed tantum ſpectauit quouſqꝫ ⁊ ipſe captus: et
pro chriſti nomine interemptus fuit. Eſt et quartus mar-
tyrij grad⁹ omniũ perfectiſſimus: ⁊ ad illos ſolos ꝑtinẽs:
qui perfecta charitate adeo repleti: vt animoſi militeſ cõ
feſſioni nominis Jeſu chriſti ſponte ſe ingeſſerunt: exem-
plo ſcilicet imperatoris ſui qui pro redemptione noſtra
paſſioni ſponte ſe obtulit: vt Matthe⁹ de illo ſcripſit: ꝙ di
ſcipulis ſuis ait: Surgite eamus: tradẽs ſe ſponte in mani
bus peccatorum: illis dans obuiam: ⁊ ſe illum eſſe quem
querebant reſpondens. Petro ſimiliter volenti illũ defẽ-
Andreas. dere: contradixit ⁊ ceſſare iuſſit. Unde Andreaſ ad Ege
am ait: Auctor humani generis pro reſtauratiõe noſtra
hoc crucis patibulũ nõ inuitus ſed ſpõte ſuſcepit. Et cũ
frater meus Petrus diceret: propitius eſto tibi domine:
ne hoc fiat. Reſpõdit ei ⁊ dixit: Uade poſt me ſathanas:
quia non ſapis que dei ſunt. Jdeo dixit Paulus apoſto
lus: Tradidit ſemetipſum hoſtiã ⁊ oblationẽ deo in odo
rem ſuauitatis. Et petrus apoſtolus: tradidit autem iu-
dicanti ſe iniuſte. Ad cuius exẽplũ qꝫ plurimi martyres
charitate Jeſu chriſti ardentes: ſponte ſe martyrio pro il
lius ſanctiſſimi nominis confeſſione iniecerunt. Juxta il-
lud Petri: Chriſtus paſſus eſt pro nobis relinquens no-
bis exemplu3 vt ſequamini veſtigia eius. Quid autẽ eſt
ſequamini veſtigia eius? niſi ꝙ ſicut ille pro redemptiõe
noſtra fecit: ſic ⁊ nos pro illius ſanctiſſimi nominis confeſ
ſione: ſicut robuſti militeſ in hac tẽporiſ neceſſitate patia
Hierony. mur. Nam vt ait Hieronymus ad Eliodorum ſeipſũ of-
ferre deo proprie chriſtianorum eſt ⁊ apoſtoloru3: qui to
tum cenſum quem aacceperant domino tradiderũt: ⁊ me

rentur audire ſedebitis ſuper duodecim ſolios iudi-
cātes duodecim tribus iſrael. Et pius doctor Anſelmus Anſelmus.
in eo libro cuius titulus eſt: cur deus homo. Nihil aſperi
us inquit et difficilius poteſt homo pati ad honorem dei
ſponte et non ex debito: q̄ mortem. Et nequaq̄ magis ſe
homo poteſt dare deo: q̄ cum ſe morti tradat ad honorē
ipſius. Ideo venerabilis alius doctor beatus Thomas Thomas de aquino.
de aquino in ſecunda parte ſecunde ſue ſumme: queſtio-
ne ſua. xxvij. Qd aliquis inquit ſponte ad martyrium ſe
offerat pertinet ad perfectionem charitatis. Qua chari-
tate perfecta ſuccenſus chriſti precurſor Johānes bapti- Johēs baptiſta.
ſta: non dubitauit herodez arguendū accedere: pro quo
et caput ſibi amputatuz fuit. Hac eadem ductus Paulus Paulus.
vas electionis teneri minime potuit a fratribus qn hieru
ſalem adiret: qm̄ ibi vt propheta Agabus predixerat al-
ligaturus erat. Quib9 ait: non ſoluz alligari parat9 ſum: ſʒ
etiā mori ꝑ nomīe Jeſu. Ignati9 ſimiliter Johānis euā- Ignatius.
geliſte diſcipulus et antiochie epiſcopus: cum diu ꝑ pace
eccleſie exoraſſet: traiano imperatore de victoria orien-
talium redeunti: et chriſtianis mortem mināti occurrit: et
libere ſe eſſe chriſtianum aſſeruit: quem traian9 ferro vin
ctum decē militibus tradidit: et romam duci precepit: tra
dēdum ibidem beſtijs deuorandū. Hic (vt ſcripſit Euſe
bius in hiſtorijs eccl'iaſticis: et hieroñ. de viris illuſtrib9)
dū īvia duceret veniretq; ad ſmyrnā vbi erat Polycarp9
ſcripſit ad Epheſios ep'laz vnā: aliā ad magneſianos: ter- Euſebius.
tiā ad tragēſes: quartā ad romanos: et inde exiēs ſcripſit Hierony.
ad philadelphios: et ad ſmyrneos et ꝓprie ad Polycarpū Polycarp9.
cōmēdās illi antiochēſē eccl'iaz. Ex ep'la aūt quā ſcripſit
ad romanos int' cet'a h dicit: a ſyria vſq; romā cū beſtijs
t'ra mariq; depugno: die atq; nocte ꝯnex9 et colligat9: de
cē leopardis ad cuſtodiā datis ducor: q̄ ex bñficijs nr̄is
ſeuiores fiūt: ſed ego eorum nequitijs magis erudior. O
beſtie ſalutares que mihi parantur: quando emittentur?
quando eis licebit carnibus meis veſci? Inuitabo eas

ad deuoratione̅ mea̅. Et ꝺprecabor ne forte (vt in no̅ nul
lis fecerūt) timea̅t co̅tingere corpus meum. Quinimmo
⁊ ſi cunctabunt̃: ego vim faciam. Ego dentibꝰ earū me inge
ra̅: date queſo venia̅. Ego noui q̇d mihi expediat: ignes:
cruces: beſtie: diſperſiones oſſium: diſcerptatione̅ omniū
membrorū ⁊ totius corporis: et omnia pene in me vnum
ſupplicia diaboli arte queſita co̅fle̅t̃: dūmodo Jeſū chri-
ſtum merear adipiſci. A cuius nominis inuocatio̅e inter
tot ⁊ tanta tormenta nūq̃ ceſſauit. Ad que̅ cū traianꝰ du
os feroces leones mitti iuberet vt ſic deuoraret̃ ꝙ nec illi
us remanere̅t reliquie: dixit Jgnatiꝰ: Frumentū chriſti
ſum: beſtiaꝝ dentibus molar: vt panis mundus efficiar.
Cui cum nulla̅ vim inferre̅t: cepit Jgnatiꝰ illos ad ſe de-
uorandū prouocare: qui occurre̅tes illum ſuffocauerūt:
nec eius carne̅ vllatenꝰ tetigerunt. O mira ſa̅ctiſſimi mar
tyris in chriſtum charitas. O inexcogitabilis feruor: non
putabat hic martyria ſibi ſufficerere: niſi ⁊ vltro ipſe ſe ex
Georgius. poneret: ⁊ beſtias ad ſe deuorandum prouocaret. Geo-
rius ſimiliter miles ⁊ nobilis ⁊ ex capodocia exortus: te̅-
pore diocletiani quo intra menſem .xvij. milia hominum
martyrio fuerunt coronati: ſua om̄ia cū pauperibus ero-
gaſſet abiecta militari veſte: chriſtianorū habitū ſe veſti
uit: atq̃ in medium infideliū proſiliens exclamauit: Om-
nes dij gentiū demonia: dominꝰ aūt celos fecit: que poſt
multa tormenta capitis abſciſione martyrium ꝯſūmauit.
Gorgonius. Idem Gorgonius ſimilit̃ ⁊ Dirotheus fecerunt: qui cum
Dirotheus. martyrem queda̅ crudelibus et immanibꝰ ſupplicijs cru-
ciari viderent: forti animo ⁊ conſtanti i̅peratori dixerūt:
Cur imperator ſententiam in iſto ſolo punis: que in nob
omnibus viget? Ut quid in illo crimen inducit̃: qꝺ a no-
bis om̄ibꝰ ꝯfitet̃: hec nob fides: h̄ cultꝰ: ⁊ vnanimis atq̃
eade̅ ſente̅tia? Qui ob hoc capti poſt multa torme̅ta: la-
Adrianus. queo appe̅ſi necati ſunt. Quid de Adriano dica̅? qui cum
in vrbe nicomedie Maximianus imperator: chriſtianos
ad ſacrificandum idolis cogere conarctur: et ille prior

officij militaris eēt:haberetq̄ ſub cuſtodia xxxiij.in chri=
ſti cōfeſſione deprehenſos:ab illis de fide edoctus:in me
diū proſiliens ait: Annotate me cū iſtis quia ⁊ ego chri=
ſtanus ſū. Et cū nullis verbis aut ꝓmiſſionib⁹ impatoris
reduci potuiſſet: vna cū alijs quos vinctos ſub cuſtodia
habuerat:duro martyrio coronatus fuit. Juuenis ſcilicet
xxviij. annoꝝ:pulcherrim⁹ ⁊ delicatus valde. Quid etiā
de Adaucto dicemus: qui cū beatus Felix preſbyter ad Audactus.
decollandū duceret̄:obui⁹ illi ſpōte ⁊ ſe xp̄ianū ꝓfeſſus:
quare ⁊ cū illo pariter decollatus fuit. Idē ⁊ Antonino Antonius.
martyri cōtingit: q̄ cū ſe ſpōte xp̄ianū fateret̄: iubēte vi=
tellio iudice capitali ſentētia fuit dānatus. Clauiculari⁹
ſimilit̄ cū xl.martyres in ſtagno frigidiſſimo poſitos cu=
ſtodiret:⁊ triginta nouē de celo coronas ad illos deſcen=
dere vidiſſet:admirabat̄ quare:nec alia alt̄i aduenerat:
ſed ꝓprius ꝑpendēs:nouit vnū aufugiſſe:ſtupefact⁹ er=
go tanta viſiōe:cepit intra cor ſuū cogitare ac dicere:q̄re
⁊ nō ego in illius fugitiui locū accedo vt ⁊ xl.que illi de=
bebat̄ corona mihi adueniat: ⁊ ſubito veſtimēta exuens
in ſtagnum ꝓſiliuit:clamās ac dicēs:xp̄ianus ſū. Sed q̄d Iuſtus.
amplius dicem⁹ de Paſtore ⁊ Juſto fratrib⁹ quos ſupra Paſtor.
memorauim⁹? Nōne miraculū fuit:ꝙ pueri ſic ſpōte mar
tyriū accederēt? Uerum difficile eſſet ꝙ nec poſſem: nec
neceſſariū puto omnes cōnumerare martyres:qui ſpon=
te antiquis ꝑſecutionib⁹ forti et virili animo martyrio ſe
iniecerūt. Hos ſolū placuit annotaſſe:vt cognoſcam⁹ ar=
dentē ac perfectam charitatē plurimos dei milites poſſe
diſſe. Et vt nobilis illa puella Margareta ait: Chriſtus Margareta
ꝓ me ſemetipm̄ tradidit morti:ideo ꝓ xp̄o mori nō dubi=
to. Unde ⁊ Eulalia virgo annoꝝ circit̄ xiij. Ex barcillo= Eulalia.
na ciuitate hyſpanie:cū erudiret̄ in fide a Donato quo=
dam preſbytero: qui pulle pluries dixerat:ꝙ xp̄m magis
fateretur q̄ negaret. Introiuit interim datian⁹ Barcillo
nam:ſub quo ibidē prius Uincētius ⁊ Ualerius marty=
rio coronati fuerāt. Qd̄ cū audiuit Donat⁹ preſbyt̄:ꝓcul

a ciuitate ſeceſſit: Eulalia autem ſe in faciez preſidis ob-
tulit dicens: Quid ingrederis ciuitatem inimice dei ex-
celſi? Quid perſequeris chriſtianos: ⁊ niteriſ perdere vir
gines dei? Dominꝰ me docuit in ꝟitate ſua: nec poteris
ſeducere pueritiam meam. Cui datianus: O infãtula an-
teq̃ȝ creſcas florez tue etatis perdere queris. Et cum nec
verbis: nec crudelibus tormentis a ſanctiſſimo propoſito
ſeduci poſſet: ſententia capitali dãnatur. Quomodo etiã
Catherina. ſe ſpõte martyrio obtulerit chriſti ſponſa Katherina: ſu-
pra memorauimus: ꝙ de virgine hac tam pulchra ⁊ puel-
la nobiliſſima ſtupor mẽtibus inferatur: vnde tanta cha-
ritas tantꝰ: ardor mẽtis illi incubuerit. Sed a chriſto ſpõ-
ſo ſuo hic ardoris ſpiritus prouenit: prouenietq̃ȝ vnicuiq̃ȝ
qui dilectione ⁊ amore illi cõiungi optabit. Quo chriſti
Franciſcus. amore ac dulcedine tractus chriſti ſignifer Frãciſcus tri-
bus vicibus ad infidelium partes vt illius ſanctiſſimum
Thomas cã tuarienſis. nomen confiteretur iter eſt aggreſſus. Sed quid de Tho
ma cantuarienſi archiepiſcopo dicam: qui vt imperato-
ris ſui chriſti veſtigia ſequeretur: cum ad eum interficien
dum milites regis armati venirent: illis occurrens dixit:
Ecce ego? Sufficiat h̄ narraſſe. Sed tacere nõ poſſũ de
fratribus illiſ beati Frãciſci charitate armati. Pauci ad-
modum ſunt anni elapſi vt fere lx. ꝙ in hieroſolyme parti
bus ad infideles illos cedulã admonitionis fidei ⁊ decla
rationis praue illoꝝ legis tradiderunt: quo ⁊ interfecti ⁊
martyrij coronas ſuſceperũt. Idem ⁊ tempore Franciſci
patris eorum prius cõtigerat: ꝙ quãdoq̃ȝ ex ſuis fratribꝰ
charitate ⁊ xp̃i zelo ſuccẽſi: licẽtia a Frãciſco (q̇ illoſ opti
me nouerat ĩpetrata) vl' potiꝰ ſuis exhortatõibꝰ miſſi: ad
infideles ꝓ ꝯfitẽdo nomine Ieſu xp̃i acceſſerũt: qꝺ cũ in
mareochia ciuitate regis granate in hiſpania viriliť fuiſ-
ſent ꝓfeſſi: martyrij coronas ſuſcipere valuerũt. Magnꝰ
igiť hic martyrij gradꝰ ĩmo maximꝰ: nec maiꝰ inť marty-
res teſtimoniũ repiri' põt (vt omẽs aſſerũt doctores) q̃ꝫ ꝙ
quis ad xp̃i dñi exẽplar: ſemetip̃m ſpõte ꝓ illiꝰ nomĩs cõ

feſſione hoſtiā deo viuētē offerat. Illo exhortāte ac di-
cente: Si qs vult venire poſt me abneget ſemetipm̄ ꝛ tol
lat crucē ſuā ꝛ ſequat me. Nō Hieronym⁹ ad Elbiaz ex- Hierony.
ponens ait: huius exhortationis hic ſēſus eſt. Nō eſt de-
licata in deū ꝯfeſſio. Qui in me credūt debēt ſanguinez
ſuū fundere: qui eñ ꝑdiderit animā ſuā in preſenti: lucre
faciet eam in futuro. Nō tñ nō ſolū in neceſſitate marty-
rij intelligēdū eſt: vt idē Hieronymus aſſerit: ſed in om
ni cōuerſatione: ope: cogitatiōe: ſmone: negem⁹ noſmet-
ipſos qui añ fuim⁹: ꝛ cōfiteamur eos q̄ in xp̄o renati ſūt.

De p̄mijs martyrij ꝛ paradiſo moameth. Ca. x.

PRemia martyrij miranda ꝛ iexcogitabilia a ſā
ctis doctoribus p̄dicant. Et vt aliqua breuit
cōtigamus: donauit dñs militib⁹ ſuis oīm pec
catorū et capitaliū ꝛ minutorū plenā remiſſio-
nē: dicēte Auguſtino: Falce martyrij omnia reſecant. Et Auguſtin⁹.
de ciuitate di: Quid precioſi⁹ q̄ꝫ mors martyrū: ꝑpt quā
delicta dimittūtur: ꝛ merita cumulant: q̄re int cet̄a p̄cio-
ſior in ꝯſpctū xp̄i mors martyrū eſt. Hec vt ait Cyprian⁹ Cyprianus.
eſt delictoꝝ finis: piculi t̄min⁹: patiētie mgr̄a: dom⁹ vite:
dux ſalutis. Sic vt iniuriā faceret martyrij (vt Auguſti-
nus ipſe atteſtat) q̄ ꝑ illo oraret: Nā cū optimū certamen
certauerit xp̄i martyr: voluerit q̄ꝫ ꝑ dñi ſui honore ſāgui-
nē ꝓpriū effūdere: vt ꝑ illi⁹ redēptōe xp̄s p̄us effuderat:
audire mereret: qr illū ſic mereri vult dñs: Ueni dilecte
mi: mūdaui te ab oīb⁹ ſcl'i inq̄natiōib⁹: feci vt iā null'a am
pli⁹ carnal' illecebra poſſit te a me reuocare: nō decliare
voluptas: nō auaritia: nō īpudicitia: nō honoris aut pote
ſtatis pulſabit ābitio. Nō animi ꝑturbatiōes: nō corpis ꝑ
ſecutiōes āpli⁹ patieris. Sic ḡ tuo ſāguīe mūd⁹: ꝛ pur⁹ ve
ni ꝛ itra in gaudiū dñi tui: mecū letar: qr me firma ītētiōe
ſeq̄ voluiſti: nō te mūd⁹ ꝓpt me oblectauit: oīa calcaſti
vt mecū eēs. Ueni ḡ qr vbi ſū ego: illic ꝛ te miniſtꝝ meū
eē volo: paſſiōm meaꝝ ſoci⁹ fuiſti: q̄re ꝛ ꝯſolatiōm te ptici
pē faciā: itra in gaudiū ſēpit'nū: i domū dñi di tui vbi ſūt